71

SOLEMNIS BENEDICTIO CRUCIS

Si Cruces, publicae venerationi expositae, solemniter benedicantur. haec benedictio Ordinario reservatur, qui tamen potest eam cuilibet Sacerdoti committere.

Privatim autem haec benedictio a quolibet Sacerdote fieri potest sine ulla Ordinarii licentia.

℣. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.
℟. Qui fecit caelum et terram.
℣. Dóminus vobíscum.
℟. Et cum spíritu tuo.

Orémus. Oratio

Rogámus te, Dómine sancte, Pater omnípotens, aetérne, Deus: ut dignéris bene✠dícere hoc signum Crucis, ut sit remédium salutáre genéri humáno; sit solíditas fídei, proféctus bonórum óperum, redémptio animárum; sit solámen, et protéctio, ac tutéla contra saeva jácula inimicórum. Per Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

Orémus. Oratio

BÉNE✠DIC, Dómine Jesu Christe, hanc Crucem, per quam eripuísti mundum a potestáte daémonum, et superásti passióne tua suggestórem peccáti, qui gaudébat in praevaricatióne primi hóminis per ligni vétiti sumptiónem. Hic aspergatur aqua benedicta. Sanctificétur hoc signum Crucis in nómine Pa✠tris, et Fí✠lii, et Spíritus✠Sancti; ut orántes, inclinantésque se propter Dóminum ante istam Crucem, invéniant córporis et ánimae sanitátem. Per eúndem Christum Dóminum nostrum. ℟. Amen.

2. Postea Sacerdos ante Crucem genuflexus ipsam devote adorat, et osculatur, et idem faciunt quicumque voluerint.

71

SOLEMN BLESSING OF A CROSS

If a cross is to be exposed for public veneration, it should be solemnly blessed. This blessing is reserved to the Ordinary who may delegate any priest to perform it.

If the cross is for private use, it may be blessed by any priest without the Ordinary's permission:

℣. Our help is in the name of the Lord.

℟. Who made heaven and earth.

℣. The Lord be with you.

℟. And with thy spirit.

Let us pray. Prayer

O HOLY Lord, almighty Father, eternal God, bless ✠ this cross that it be a saving help to mankind. Let it be a bulwark of faith, an encouragement to good works, the redemption of souls; and may it be consolation, protection, and a shield against the cruel darts of the enemy. Through Christ our Lord. ℟. Amen.

Let us pray. Prayer

BLESS, ✠ O Lord Jesus Christ, this cross by which thou hast snatched the world from Satan's grasp and upon which thou hast overcome by thy suffering him, who is the prompter of sin, who rejoiced in Adam's deception at the accursed tree of Paradise. Here it is sprinkled with holy water. May this symbol of salvation be sanctified in the name of the Father, ✠ and of the Son, ✠ and of the Holy ✠ Spirit, and may all who kneel and pray before this cross for our Lord's honor receive health of body and soul. Through the selfsame Christ our Lord. ℟. Amen.

2. After this the priest, kneeling before the crucifix, devoutly venerates and kisses it, and others may do likewise.